Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



bcoz I

179

In illa die fere octo milia virorum et diuisit Iudas in Maspha et
expugnauit et cepit eam et occidit omnem masculum eius et spolia
eius et incendit eam igni. et profecti et cepit Casphon et Ma
spha et Bosor et reliquas ciuitates galaditidis. Post hec autem iterum
congregauit Timocheus exercitum alium et castra posuit contra Iaphon
transitorium. Et misit Iudas speculatores exercitui. et renunciauerunt
eis. Congregauerunt ad eos omnes gentes quae in circuitu sunt et exercitus
multus nimis. et arabas conduxerunt in auxilium et castra po
suerunt contra Iaphon. Parati venire ad te in prelio. Et abiit Iudas ob
viam illis. Et fecit Timocheus principes exercitus sui. Cum appro
pinquasset Iudas. et exercitus eius ad torrentem aquarum. Si fuerit ad nos
prior non poterimus sustinere eum. quia potens prevalebit adversum nos.
Si autem timuerit transire. et posuerit castra contra flumen transeamus
ad eos. et prevalebimus adversus illum. Et cum appropinquasset Iudas
ad torrentem aquarum. statuit scribas populi iuxta torrentem. et mandauit
eis dicens. Nemo huiusmodi fugiens sed omnes in prelio. Et
transierunt ad eos prior et omnis populus post eum. Et percusserunt
eos omnes gentes. et proiecerunt arma sua et fugerunt ad phanum
quod est in Carnaim. Et expugnauit ciuitatem et phanum fuerunt igni
cum omnibus quae erant in ipso. Et oppressa Carnaim non potuit resistere
coram facie Iudae. Et congregauit Iudas omnes israheliticos qui
erant in galaaditide a minimo usque ad maximum. et uxores eorum et
natos. et exercitum magnum valde ut venirent in terram Iuda.
Et uenerunt usque Effron. Et hic ciuitas magna in introitu posita
munita valde. et non erat declinare ab ea dexteram aut sinistram. sed
per medium erat iter transire. Et diruerunt se quae erant in Ciuitate. et
obstruxerunt portas lapidibus. Et misit ad eos Iudas in pace
dicens. Transeamus per terram meam ut eamus in terram meam
et nemo nobis nocebit tantum pedibus transibimus. et noluerunt eis aperire
Et parauit Iudas per castra ut applicarent unusquisque in
quo erant loco. Et applicuerunt viri iuuenes et expugnauerunt
ciuitatem illam tota die et tota nocte. et cecidit ciuitas in manu
eius. et percusserunt omnem masculum in ore gladii. Et exterminauit ea
et accepit spolia eius. et transiuit per totam ciuitatem super interfectos.